

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nummotheca Principum Austriae

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas num. XLI

Herrgott, Marquart

Friburgi Brisgoviae, 1753

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241482](#)

^{Tab.}
XXX. nummo ; utpote auctoritate publica haud dubie facta, plus fidei tribuendum; id quod mox laudatus LOCHNERUS ante nos observavit. Eundem cum numero diem etiam HANSIZIUS notat loc. cit. pag. 720. LOCHN. ad an. 1742. pag. 293.

III.

LEOPOLDVS. GVILIelmvs.
D: ei G: ratia ARCHIDVX. AVST-
RIÆ. Protome Archiducis ar-
mata cum pallio, veterum mo-
re, crucem gerens, inoperto
capite, sinistrorum verso.

Aversa crucem exhibet, cu-
ius decussatio duobus lauri rami
circumvoluta, lignumque transversum ab altera parte fre-
no, ab altera autem oculo a-
perto conspicuum est. Pro pe-
de crucis leo coram agno auf-
fugit, aut certe utrius simul morantur. Additur in ambitu
lemma: TIMORE DOMINI, & in
imo sigla cælatoris: WA. F. ecit.

Hoc emblemate Archidux apophthegma suum, quod tot dignitatibus sacris decoratus, ad posite sibi delegit, illustrat; dum ea, quibus *timor Domini* aut paratur, aut conservatur, ante oculos ponit. Neque enim facile alia est efficacior ad re-
frenandas immoderatas cupiditates nostras ratio, quam iugis Christi Domini patientis mediatio, Deique ubique præsentis, atque actus nostros in omni loco intuentis, consideratio. Tum enim Divini Numinis aut vindictam, aut præmium iugiter cogitantes, facile in officio contine-
nur. Denique cum hæc

mansuetudinem, lenitatemque FERDI-
morum generent, leone & agno NANDI
adumbrata sunt, secundum il. PROLES.
lud: leo & ovis simul mora-
buntur (a).

a

Quod supereft, Archidux hic armatus fistitur; cuius rei caufa est, quod non solum Ecclæſiaſtica munia, ſed bellica quoque obierit. Nam anno 1639. fervente atque urgente adhuc bello Suecico, exercitus Cæſarei Imperator conſtitutus, mox BANNERIUM, Ducem Sue-
cum, ſpe potiundæ Pragæ deie-
ctum, abactumque, e Bohe-
mia quoque ejecit, multaque annis 1640. & 41. inſecutis, egregia alia geffit. Verum anno 1642. DORSTENONIUM ad Lipsiam adorsus, memorabili prælio die ſecundo Nov. ſupe-
ratus est. Exinde deposita, ut pridem petierat, paullisper arma cum anno 1645. & 46. iterum invitus resumeret, vim magis propulsare quam inferre fatagebat (b): præterea bellis, cum Belgium pro Rege, ut di-
cemus, administraret, denuo implicitus fuit, qua de re videri poſſunt, ſi lubet historici. V.
L. tom. II. p. 290.

b

IV.

Eadem quæ præcedentis epi-
graphe, cum hoc tamen discri-
mine, quod hic basis litteræ u-
rotunda fit, ibi vero cum angu-
lo acuto ſcribatur. Ipsi quoque effigies, pariter armata, in
hoc differt, quod capilli longiores ad tergum uſque defluant,
ac focale tæniis denticulatis late
marginatum fit.

Dd 3

De-

(b) HANSIZ. l. c. p. 723.

(a) Ifai. xi. 6.

FERDI-
NANDI
II. IMP.
PROLES.

Denique lemma in aversa
hic non in peripheria, sed sche-
dæ, cruci per transversum af-
fixæ, inscriptum est: ipsa porro
crux non ramis, in decussim
positis, nec titur, sed lauro stri-
ctim colligatur. *M. S. B. ar-*
pond. semunc. I. dr.

V.

Quanquam hic quoque num-
mus a præcedenti non multum
differat, discrimin tamen in ca-
pillis non modicum observatur;
cum hic loci accisi sint, ibi pro-
missi: focale quoque maius at-
que comtius observatur: deni-
que & ipsa crux, quam pecto-
re gestat, ornatior est, atque
genimis, ut videtur distincta;
an vero hæc formam crucis Or-
dinis Teutonici, ut Cl. Editor
vult, vel potius crucem Epi-
scopalem ad amissim referat?
nolumus definire. Interim ex
nummo, hic supra primo loco
adducto, certum est, Archi-
ducem nostrum eiusmodi cru-
cem supra pectus gestare con-
sueisse, antequam magiste-
rium Ordinis Teutonici susci-
peret; utpote cum illud anno pri-
mum 1639. die xxii. Aug. ei-
dem obtigerit (a). *V. L. loc.*
cit.

VI.

His denique addimus quar-
tum eiusdem fere typi, cuius
quidem adversa num. iv. aver-
sa autem num. iii. respondet;
nisi quod artifex in inferiori mar-
gine nomen suum apposuerit:
HIER. onymus DV QVESNOY F. ecit.
Id quod Cl. *Van Loon* in suo
ectype, quod secundo loco ad-
ducit, omisit.

(a) Id. l. c. p. 721.

Tab.
XXX.

Ex his denique discrepanti-
bus inter se, quamvis modice,
typis, consecutaneum est, ut hi
nummi alio atque alio tempore,
prout res & occasio ferebat,
signati, atque Archiduci pro ho-
norariis usui fuerint. Inde etiam
ex toties repetito symbolo intel-
ligitur, quanti illud pius adeo
Princeps noster fecerit. *M. S.*
B. a. V. L. loc. cit.

VII.

LEOPOLDO PROREGI BELGA-
RVM. Protome Archiducis ar-
mata, inter lauri & oleæ ra-
num, capite nudo, ad læ-
vam converso.

In postica fasces consulares
& caduceus in decussim positi:
oculus apertus, *Divinae provi-
dentiae* symbolum, comparet in
superiori triquetra & ad utrum-
que latus adest pileus alatus:
inferiorem triquetram implet ge-
nius alatus, seu potius Archangelus MICHAEL, Bruxellensium
Patronus, draconem seu diabo-
lum conficiens. Additur duplex
epigraphe: prima in margine ex-
tremo *FIDEI MILITIA ET LE-
GATIONE*. In interiori autem:
MARS DEVOTO E LARE PACIS.
Ubi Cl. Editor advertit, ver-
bis illis: *MARS E LARE* paucis
mutatis, nomen comprehendi
Friderici MARSELAER, qui num-
mum obtulit, tum vero *MARS*
E LARE symbolum esse familiæ
eius. Ille porro muneribus pu-
blicis Bruxellis laudabiliter fun-
ctus, *Baronis de PARC* demum
titulo ac dignitate a Rege Hi-
spaniæ honorari meruit.

Cal-

Calculus hic, utitres ordine sequentes, cusi fuerunt, paullo ante, quam LEOPOLDUS Archidux, anno in utraque parte nummi signato 1656. fasces Belgii IOANNI ab Austria reliquit, & ab officio Pro - Regis deceffit: profectus est autem Bruxella die VIII. Maii. M. Imp. a. & apud V. L. l. c. p. 399.

VIII.

Adversa cum præcedente ex asse convenit.

In aversa Archangelus MICHAEL, cruce, loco lancea, utens, dextra iacentem dœmonem trudit ac pellit: sinistra ferum tenet: ad latus dextrum conspiuntur insignia Friderici de MARSELAER, de quo mox supra diximus. Additur in ambitu epigraphe: CORONA EXALTATIONIS. TIMOR. DOMINI (a). V. L. l. c.

IX.

In anteriori parte comparet Bruxellenseum Tutelaris S. MICHAEL, cui ferum ex nube imponitur. Lancea, in formam crucis desinente, substratum pellit dœmonem: sinistra tenet scutum, cui crux plana est impresa. Ad latus dextrum cernitur scutum, corona laurea cinctum, cui inditum monogramma nominis IESU, & in ambitu additur epigraphe: DEVS. NOSTER. REFVGIVM. ET. VIRTVS (b).

In aversa fasces Consulares, quibus decussatim impositus caduceus: duo vero rami lauri ad

(a) Eccli. 1. 11. & 12.

(b) Psal. XLV. 2.

latera: in triquetra inferiori cor- FERDI-
nucopiæ & flores, & in ambitu NANDUS
chronographicum: MARS FERRI. II. IMP.
PROLES. DECUS e. LARE. Id. ibid.

X.

Nummus hic compositus est ex antica numeri VII. & postica num. VI. Ap. eund. l. c.

XI.

Antica pars, corona marginata hanc inscriptionem, novem lineis absolutam, complectitur, Sedente Alexandro septimo Pontifice Regnante Leopoldo Primo Romanorum Imperatore Fundatore Leopoldo Guilielmo Archiduce Austriae &c. Episcopo Passavensi & Vratislavien si &c.

In aversa continuatio, decem lineis comprehensa, ita habet: Eccl esia hac & Monasterium Capuccinorum Sumptibus eiusdem Serenissimi Leopoldi Guilielmi a fundamentis erectum ac eodem iubente primarius lapis positus fuit Anno Salutis 1695. die 3. Iunii.

Munificentiam & liberalitatem LEOPOLDI in Ecclesias, præsertim Pataviensem, laudibus extollit Cl. HANSIZIUS (c), in cuius rei confirmationem præfens nummus arguento esse potest, quanquam, quodnam illud monasterium templumque sit, definire haud possumus; quippe quod vitæ eius Scriptor primarius, Nicolaus AVANCIUS S. I. ad manus haud sit, reliqui vero biographi silent.

Quod iam supereft, nummus hic ideo attendendus, quod Archidux in eo Episcopi Uratislaviensis

(c) Germ. Sac. tom. 1. p. 751.

FERDI-
NANDI
II. IMP.
PROLES. *lavienſis* titulo afficiatur, quod
in reliquis haud fit. *M. Imp.*
ar. pond. ſemunc. I. dr.

NUMMI ICONICI.

XII.

Tab.
XXXI.

Convenit hic nummus iconicus ex aſſe cum adverſa, num. IV. depicta. Armatus hic de- nūo appetat, pariterque cruce inſtructus; cum non minus belli Imperatorem fortiffimum, ut diximus, quam Episcopum vi- gilantiffimum, ſanctiffimum que egerit; unde a ſupra lau- dato AVANCINO, vitæ ſcriptore, hæc ei laus adſcribi dicitur: *cum Marte pīus: ſub armis innocens: ſine furore magnanimus: ſine ti- more victoriosus.* T. H.

XIII.

Eadem, quæ num. præceden- tis, ibidemque laudati nummi epigraphe: at protome LEOPOL- DI hic in habitu Eccleſiaſtico ſi- ſtitur; crux quoque, a torque dependens, cimeliis diſtinguitur.

Vultus ad modeſtiam com- positus quadragenarium circiter indicat: cumque Archidux an- nos nonniſi 48. menses x. & dies XIII. vixerit, inde forte de ætate nummi, quamquam valde incerto, iudicari poterit. *M. Imp. ar. ſicilic. I. dr.*

MONETÆ.

XIV.

LEOPOLD: us GVILIE: lmus
D: ei G: ratia AR. chi DUX: AVS-
tria. Protome Archiducis fere
ut num. præcedenti.

Averſa proſequitur titulos
hunc in modum: EPISCO: pīus
OLO: mucenſis PRI: nceps RE. gie-

que CA. pelle BO: hemice COME: s
1656. Scutum quadriparti-
tum Olomucenſe, ſuperpoſito
a dextris pedo paſtorali & mitra,
a finiſtris vero galero Archidi-
cali & gladio, medio incumbit
parmula Austriaſca.

Tab.
XXXI.

Aureus hic nummus Olo-
muci cusus fuit: in hac urbe E-
piscopi ob eminentiæ dignitatem,
qua in regno Bohemiæ gaudent,
titulo utuntur, in averſa expreſ-
ſo: Regiae capelle Bohemicae co-
mes, quod ex aliis nummis,
ibidem ab aliis Episcopis signa-
tis, ut de ceteris monumentis
nihil dicamus, comprobatur.

Uratislaviensem quoque E-
piscopatum, ut iam innuimus,
tenebat noster: verum DEWER-
DEKIUS, diligens nummorum
Sileſiacorum ſcrutator, nullum
ab eo ibi percuſſum reperit. *M.*
S. B. au. 4. duc.

XV.

Eadem effigies, cum iisdem
utriusque partis titulis, ſed ma-
gis abbreviatis; nota quoque
chronologica annum 1658. in-
dicat.

In averſa porro ſcuta Au-
ſtria & Episcopatus Olomucenſis
iuncta cernuntur, impositis hinc
pileo Archiducali, illinc mitra,
gladio pedoque in decuſſim loca-
tis, ac retro comparentibus. *M.*
Imp. au. I. duc.

XVI.

Convenit hic nummus ar-
genteus cum num. XIV. exceptis
nonnullis litteris, ad integrata-
tem vocabulorum perinentibus.
In imo adverſe inſcriptus est nu-
merus Romanus, valorem quin-
decim